sibi uult hoc somnium quod uidi-
sti? Num ego et mater tua &
fratres tui adorabimus te super te-
rram? Inuidebant igitur ei fratres
sui: pater uero rem tacitus
considerabat. Cumque fratres
illius in pascendis gregibus patris
morarentur in Sichem: dixit
ad eum Israel. Fratres tui pascunt
oues in Sichimis: ueni mittam te
ad eos. Quo respondente. Praesto sum
ait. Vade et uide si cuncta prospera
sint erga fratres tuos et pecora: &
renuncia mihi quid agatur. Missus
de ualle Hebron uenit in Sichem.
Inuenitque eum uir errantem in agro:
et interrogauit quid quaereret. At ille re-
spondit. Fratres meos quaero. Indica
mihi ubi pascant greges. Dixitque